

ACTA

CAPITVLI


PROVINCIALIS

PROVINCIAE HISPANIAE ORDINIS

Prædicatorum, celebrati in Conuentu Sancti Il-
dephonsi Regalis Taurenſis, Dominica *Deus*
qui errantibus, prima Maij anno Dñi

1667.

SVB R. Adm. P. N. F. PETRO ALVAREZ,
M. quondam in Vniuerſitate Vallis-Oletana, Primariæ
Cathedræ Theologiæ, Moderatore, & Priore Sanctæ
Mariæ Regalis de Atocha, Vicario Generali
Prouinciæ, & Prouinciali electo.



Matriti. Apud Melchiorem Alegre Typographum,
Anno 1667.

ACTA

CAPITVLII

PROVINCIALIS

PROVINCIAE HISPANIAE ORDINIS

Predicatorum, celebrati in Conventu Sabbo II.

dephonis Regalis Laurentis & Dominicae Deus

qui extantibus prima Maij anno Dni

1667.


SVE R. ADAM T. N. F. P. PEDRO ALVARAZ.

M. p. n. d. m. in Vniuersitate Vniuersitatis Olitanae, Tamaris

Carthebae Theologie, Moderator & Tutor S. S. S.

Mariae Regalis de Arceba, N. S. S. S. S.

Tromis, & Tromis, S. S. S. S.



Martinus Apud Melchiorum Aegre Typographum

Anno 1667.

HÆC sunt Acta Capituli Prouincialis
Prouinciæ Hispaniæ Ordinis Prædi-
catorum, celebrati in Conuentu Sã-
cti Ildephonfi Regalis Taurenfis, Dominica
Deus qui errantibus. Prima Maij Anno Dñi
1667. Sub R. Adm. P. N. F. Petro Alvarez, M.
quondam in Vniuersitate Vallis Oletana Pri-
maria Cathedræ Theologiæ Moderatore, &
Priore Sanctæ Mariæ Regalis de Atocha, Vi-
cario Generali Prouinciæ, & Prouinciali ele-
cto. Diffiniētibus R. R. A. P. P. N. N. F. Ioan-
ne Correa, M. & Vicario Regni Galliciæ. F.
Clemente Alvarez, M. & in Vniuersitate Cõ-
plutensi Primaria Cathedræ Theologiæ quõ-
dam Moderatore. Fr. Gregorio de Otero,
Sanctæ Inquisitionis Qualificatore, & Pri-
maria Cathedræ Theologiæ, in Vniuersitate
Compostellana Moderatore, & pro Vni-
uersitate M. & Conuentus Sancti Dominici
eiusdem Ciuitatis Priore. F. Didaco Alcozer
M. & Priore Sancti Ildephonfi Regalis Tau-
renfis.

DENUNTIATIONES.



DENUNTIAMVS in hoc nostro Capitulo lectum, & admissum fuisse edictum Sanctæ Inquisitionis, editum 19. Octobris anno 1633. & admonemus iterum, quod Priores, & Præfidentes Conuentuum non tenentur illud notificare Fratribus, determinatè Feria 6. post Octauam Assumptionis, sed sufficere illud legere quoties in Capitulo, vel Refectorio Acta Capitulorum, & Ordinationes leguntur, prout aliàs pluries denuntiatum est.

Item, denuntiamus de mandato Reuerendissimi P. N. M. Generalis totius Ordinis, ex concessione Sanctissimi Alexandri VII. festum Sancti Petri de Nolasco, 29. Ianuarij, sub festo duplici celebrandum.

Item, denuntiamus in hoc nostro Diffinitorio, electum fuisse in socium R. A. P. N. Prouincialis pro Capitulo Generali, proximè celebrando R. P. F. Gregorium de Otero, qui supra.

Denique denuntiamus, quod in Capitulo Romæ 1569. & 1601. & in Vallis-Oletano 1605. ordinatum est, ne Priores extra terminos suorum Conuentuum Fratres licentient; pro cuius ordinationis obseruantia, addimus, quod Priores, neque cum cõsilio PP. possunt, adhuc intra dietam,

3

in spatio vnus anni licentiam dare manendi extra domum vltra duos menses. Quod si vrgentissima existente causa, cum consilio P.P. licentiam extra dietam dederint, teneantur, quam primum, per litteras certiozem reddere R.A.P.N. Prouincialem de licentia, & causa.

ACCEPTATIONES.

Acceptamus studium nostri Conuentus Sancti Dominici de Victoria.

ACCEPTATIONES GRADVVM.

Acceptamus Magisterium R.P. F. Michaelis de Olmedo. R.P. F. Ioannis Gonçalez de Oxeda Qualificatoris Supremæ Inquisitionis, & Prioris Sancti Pauli Vallis-Oletani. Et R.P. F. Francisci Becerra, Primariæ Cathedræ Theologiæ in Vniuersitate Complutensi Moderatoris, & Regentis nostri Collegij Sancti Thomæ, eiusdem Vniuersitatis. Et Præsêturâ R.P. F. Thomæ Nauarro, Qualificatoris Sanctæ Inquisitionis, & Regentis N. Collegij Sancti Gregorij Vallis-Oletani. Et Præsêntaturam R.P. F. Ludouici de Villacañ, Lectoris Theologiæ Sancti Stephani Salmanticensis, & pro Vniuersitate M.

EX-

EXPOSITIONES. *in quibus*
omnibus
Exponimus ad legendas sententias, pro forma
& gradu Magisterij exclusiue. R. P. F. Didacum
de Olea, socium R. A. P. N. Prouincialis, ad titu-
lum Lecturæ Scholasticæ. Et R. P. F. Ioannem
Baptista de el Rio, Prædicatorem Generalem, &
Priorem Sancti Dominici de Carrion, ad titulum
Prædicationis.

ABSOLUTIONES.

Absoluimus omnes Supprios, & Vicarios
Conuentuum, non habentium Priores; præter
Supprios de Plasencia, Guadalaxara, Yepes,
propter instantes electiones, vsque ad præsentiam
Priorum in suis Conuentibus, & Supprios de
Huete, quia nup̄ er institutus est. Et de Sanguessa
vsque ad præsentiam Prioris.

PRÆCEPTA AD OMNES, ET SIN-
gulas personas.

Mandamus in virtute Spiritus Sancti, & san-
ctæ obediētæ, & sub præcepto formali omnibus,
& singulis Fratribus huius nostræ Prouinciæ se-
quentia.

PRIMUM ne duo, vel plures Fratres simul
in aliqua cella Fratrum huius nostræ Prouinciæ

*De cella-
rū ingres-
su.*

coe-

coexistent; excipimus cellas Priorum, & Magistrorum Nouitiorum pro sibi Subditis. Licebit autem ingredi cellas Magistrorum huius Prouinciae. Et denuntiamus, quod cellae Fratrum post notificationem assignationum, quandiu in Conuentu commorantur eodem prorsus praecepto, tenentur quo cellae aliorum Conuentualium. Et simul declaramus, quod si ille cuius cellam aliqui Fratres ingredi possunt, ab ea absens fuerit pro tunc illam non gaudere tali priuilegio, seu licentia. Poterunt autem PP. Priores, seu Praesidentes, non tamen Supplices, nec Vicarij, cum sibi Subditis dispensare; dummodo dispensatio, non sit generalis, aut frequens, quae post vltimum signum post Completorium nullatenus fiat, nisi sufficenti causa, & pro qualibet vice. Ab hoc praecepto non excipiantur cellae Conuentuales, quando in eis contingat aliquem Fratrem infirmari, nisi a Priore, vel Praesidente Conuentus esse cellam infirmariae declaratur.

SECUNDVM, nequis adeat Monasteria Monialium, nec Beatarum, nec mulierum aliarum in vnum congregatarum, sub obedientia viuentium, nec ad earum Ecclesias, nisi de licentia Prioris, pro qualibet vice, quae licentia in aliam diem translata non valeat, nec dari possit a Supplicibus, aut Vicarijs (Prioribus in opido existentibus.)

De non aduendo conuentus Monialium.

Comœdiæ
sive repræ-
sentatio-
nes.

TERTIVM, nequis repræsentationibus, seu
Comœdijs, quæ a publicis histrionibus, qui hoc
ex officio habent fiunt interfit, nisi in Capitulis Ec-
clesiarum in domibus Episcoporum; seu Religio-
forum, aut publicis Sanctorum solemnitatibus,
& quod Prælati, aut Conuentuum Præsidentes
Comœdias in domibus nostris fieri non permit-
tant (etiam sponte oblatas) nec Fratres eas repræ-
sentare, aut vlllo modo vestibus Sæcularibus uti;
nec Vicarij Monialium. Priorisæ, aut Supriorisæ
permittant in suis Conuētibus fieri quascumque
repræsentationes, etiam si nō sint a publicis histrio-
nibus; aut quod Sorores Comœdias, aut alias quas
libet repræsentationes repræsentent, aut quouis
modo vestibus Sæcularibus utantur. Quæ omnia
sub prædicto formali præcepto mandamus.

ORDINATIONES.

De non o-
mittendis
lectioni-
bus, aut
conferen-
tijs.

Ordinamus, ac mandamus, quod Fratres ad
quos quomodolibet studium attinet nullo modo
permittant omitti in diebus lectiuis lectiones, cō-
ferentias, aut conclusiones, etiam prætextu expo-
nendi ad audiendās confessions, nec hora consue-
ta varietur, nec in prædictis diebus dentur recrea-
tiones; vigilia autem actus maioris omittantur cō-
ferentia, non tamen dentur recreationes, die vero
sequenti dari possunt. Nec concedatur licentia

exeun-

5
exceundi a Cōuētū recreationis causa titulo actus
maioris, nisi in diebus assuetis. In Octauis autem
Natiuitatis Domini Resurrectionis Pēthecostes,
& in octauo die solemnitatis Corporis Christi, &
in recreationibus octo dierum ante Aduentum,
& Quadragesimam conclusiones, & conferentiæ
omittantur, aut si fortè hora lectionis, conclusio-
nis, aut conferentiæ, specialis occurrat pro toto
Conuentu occupatio. Nomine autem dierum le-
ctiuorum intelligimus eos, in quibus iuxta dispo-
nendum inferius PP. Lectores non tenentur Ma-
tutinis interesse, & qui iuxta nouam reformatio-
nem, non seruantur a populo ex præcepto, aut vo-
to. Festa autem Imaginis S. P. N. Dominici de
Soriano, Translationis eiusdem, & Angelici Do-
ctoris Sancti Thomæ Aquinatis, & festum San-
cti P. N. Francisci, Sanctæ Catherinæ Martyris,
& Sactæ Theresiæ Virginis; dies lectiui non sint;
quod si nulla die, in hebdomada conferentijs
vacauerint Fratres quouis titulo etiam actus maio-
ris in conclusione, & conferentijs; Feria quinta
eiusdem hebdomadæ dispensamus, declarantes in
prædicta ordinatione, neque Priores, neque Re-
gentes dispensare posse, nisi ex vrgentissima causa
qualis est occupatio, pro toto Conuentu, vel ali-
qua similis. Quod si aliquis petierit a Priore dispē-
sationem in prædictis sine causis assignatis tenea-
tur Prior infligere pœnā ieiunij in pane, & aqua.

In memoriã reuocãmus ordinationem factã
 Romã anno Dñi 1561. vbi sic dicitur: *Tẽpus tri-*
nij Dialecticæ, Philosophiæ, & metaphisicè depute-
tur, Sacræ vero Theologiæ, &c. Quo tẽpore ita distin-
guantur lectiõnes, vt altera sit speculatiua, ex prima
parte, & prima secũda; vel etiã de Incarnatione; alte-
ra vero moralis de secũda secũda, vel quarto sentẽtia-
rum. Pro cuius ordinationis obseruantia præcipi-
 mus in primis Lectoribus artium, quod primo an-
 no legant Dialecticã præcepta, quæ Sũmulas vo-
 cant, & Logicã, duobus autem annis sequenti-
 bus Philosophiam, & libros de Generatione, &
 Anima omnino integrẽ, & perfectẽ: Lectoribus
 verò Theologiæ, quod alter eorum alternatim le-
 gat tractatus purẽ morales, ex secunda secunda à
 quæstione de iustitia, & iure, vsque ad finem, vel
 de tertia parte à quæstionibus de partibus penitẽ-
 tiæ, vsque in finem, alter vero materiam scholasti-
 cam, de cæteris quæstionibus summæ Theolo-
 giæ.

Conclusio- Item ordinamus, quod conclusiones quotidiana
nes durẽt durẽt ad minus per tres quadrãtes horæ, qui-
per tres bus omnibus assistant omnes Fratres Clerici cuius
quadrã- cumque sint antiquitatis, sicut, & ad actus, tam
tes hora, Theologiæ, quàm Artium.
& omnes Item ordinamus, quod Lectores Artium, Dia-
assistent. lecticæ, Logicæ, & Philosophiæ alternatim defen-
Circa con- dant conferentias cõmunes, vt in cõceptũ est, & Le-
ferentias.

Et or Sūmularū, vsque ad Pascha Resurrectionis
de gat, & defendat quæstiones purè Sūmulisticas.

Item ordinamus, quod Feria secunda, & quar
ta non possit, nisi cum infirmis dispensari, in esu
carnium: Et declaramus, quod quotidie dispen
sare in ieiunijs constitutionum non est dispen
satio, sed dissipatio.

*Circa ieiū
nia, & ab
stinētiā
a carni
bus.*

Item ordinamus, quod assignationes quomo
dolibet receptas infallibiliter notificentur a Prio
ribus, seu Præfidentibus, & si ob vrgentem cau
sam visum fuerit eas non notificare teneantur R.
Adm. P. N. Prouinciali renuntiare: Et quod nul
lus Prior assignatos detineat etiā prætextu pe
tendi aliam assignationem pro suo, vel alieno Cō
uentu sub pœna suspensionis a suis officijs per
duos menses.

*De assigna
tionib.*

Item ordinamus, nequis Curiam Regiam in
grediatur, neque eius sub vrbana, etiā causa sus
cipiendi Sacros Ordines, absque licentia R. Adm.
P. N. Prouincialis sub pœna quindecim dierum
in pane, & aqua, & priuationis vocis actiua, &
passiua per duos annos. Prior autem nostri hos
pitij Matritensis, & Procurator Generalis eius
dem Curia teneatur certiozem reddere R. Adm.
P. N. Prouincialem de transgressoribus huius or
dinationis; & declaramus omnes hospites cuiuscū
que cōditionis sint ad Priorē, seu Præfidentē dicti
hospitij pertinere, etiā quoad punitionem, &
correctionem.

*De non in
grediendo
curia Re
giam,*

8
Denumero Missarum. Item ordinamus, quod nullus recipiat plusquā quinquaginta stipendia Missarum nisi liber sit ab obligatione applicandi Missas pro obligatione Conuentus; tunc enim accipere poterit, vsque ad octuaginta, quod si quis plura accipiat communitati applicamus iuxta votum paupertatis. Pro Conuentibus autem non recipiatur numerus excessiuus Missarum. De quo inquirat diligentissime R. Adm. P. N. Prouincialis in visitationibus; & iuxta quātitatem excessus seuerissime puniet. Teneantur autem depositarij Conuentus certiorē reddere R. Adm. P. N. Prouincialem si fortē numerus excessiuus recipiatur proportionabiliter ad Conuentus.

Denonō morandū extra Conuentus. Item ordinamus, quod Fratres exeuntes ad petendas elemosynas non maneant extra Conuentus ultra octo dies: in petitione autem tritici, non ultra duos menses consummant; in petitione autem vini non ultra vnum. Qui in Quadragesima exierint ad audiendas confessiones non discedant a Conuentibus ante Dominicam in Passione; infallibiliter autem reuertantur ante Feriam quintam Dominicæ in Albis. In aduentu vero, qui mittuntur ad concionandum die sequenti post concionem teneantur reuerti. Prioribus autem præcipimus sub pœna suspensionis a suis officijs per quatuor menses infallibiliter infligenda, vt hanc ordinationem inuiolabiliter obseruare faciant.

Item

Item ordinamus, omnibus Prioris sub pœna
absolutionis a suis officijs, & sororibus, vt nihil
cantent, aut permittant cantari, siue in Choro, si-
ue in alio loco vbi possint a Sæcularibus audiri
nostro vernaculo sermone, sed solum latinè.

*Quod
Monia-
les nihil
cantēt vl
garis sermo
ne.*

Item notum facimus decretum Sanctissimi D.
N. Clementis VIII. circa Regimen Monialium,
ubi sic habetur: *Nulli ex Monialibus personas Ec-
clesiasticas, Sæculares, vel Regulares, aut Laycas,
etiam consanguineas cuiuscumque sexus ad fores Mo-
nasterij alloqui, vel in eis apertis sistere quacumque
de causa liceat: nec fores huiusmodi aperiantur nisi
ad introducendas, vel emittendas personas, vel res
necessarias.* Et declaramus prædictū decretum cō-
prehendere quoscumque consanguineos, etiam
Patres, & Matres Monialium, & quoscumque
Religiosos, etiam si sint Prælati eiusdem Conuen-
tus, & strictè præcipimus inuiolabiliter obserua-
ri sub pœna suspensionis officij Prioris, & abso-
lutionis Hostiaris, quæ oppositum permisse-
rint.

*De clausu-
ra Monia-
lium.*

Item ordinamus, Vicarijs Monialium, Prio-
ris, & Subprioris, & quibusvis alijs ad quos, vel
ad quas quomodolibet, expectauerit, vt nullate-
nus admittant ad habitum nostri Ordinis, sine in-
scriptis accepta licentia a R. Adm. P. N. Prouin-
ciali, sub pœna absolutionis a suis officijs, sub qua
etiam pœna mandamus ne recipiantur puellæ ad
habi-

*De recep-
tione Mo-
nialium.*

habitu ante duodecimū annum.

*De cōmo-
ratione so-
rorum in
Nouitia-
tu.*

Item ordinamus, quod sorores post professio-
nem sint in domo Nouitiarum, nec sine licētia R.
Adm. P. N. Prouincialis inde extrahantur.

*De mode-
ratione ser-
uanda in
conuiujs.*

Item ordinamus, quod in nullo conuiuio, siue
Fratrum, siue sororum, etiam titulo professionis
sororis, vel cuiuscumque festiuitatis apponantur
singulis præter consuetam pietantiam ordinariam
nisi duæ aliæ extraordinariæ.

*De refor-
matione
caputiorū*

Item, quia præceptum de reformatione capu-
tiorum impositum in Capitulo Generali Romæ
1650. non semel in hac nostra Prouincia intima-
tum sit, nec tamē caputia ad normam ibi præscrip-
tam redacta sint; admonemus omnes Fratres hu-
ius nostræ Prouinciæ, vt quā primū caputia, ad præ-
dictam formam redducant, & R. Adm. P. N. Pro-
uincialis invigilabit, vt prædictum præceptum ab
omnibus vniformiter obseruetur; sicut etiā quod
interiora vestimenta sint decentia statui, & ordi-
ni nostro.

*De indu-
mētis pro-
uidendis.*

Item ordinamus, & strictè præcipimus Priori-
bus, quod omnino prouideant Fratribus, quot an-
nis de caligis, calceis, & tunica interiori; & post
duos annos conferant scapularia, & tunicam exte-
riorem, quæ in propria specie, & forma vestium,
& non aliter dentur, & omnino ante primam diem
Ianuarij cuiuscumque anni, quod si prædicta die,
a Prioribus non fuerint collata prædicta indumē-
ta

tā depositarij Conuentus teneantur certiore
reddere R. Adm. P. N. Prouincialem, sub pœna ab
solutionis ab officio.

Circa depositum bonorum Fratrum defuncto
rum obseruetur consuetudo huius nostræ Prouin
ciæ sapius stabilita.

*De bonis
Fratrum
defuncto-
rum.*

Item ordinamus, sub pœna quindecim dierum
in pane, & aqua (quam Prælatus teneatur inflige-
re sub pœna suspensionis ab officio per quatuor
menses) ne vllus Frater pernoctet extra Conuen
tus nostri Ordinis in locis vbi Conuentum ha-
bemus.

*De nō per-
noctando
extra Con-
uentum.*

Item ordinamus, quod Confessores, Procura-
tores, Vicarij, & Parrochi Monialium tres Missas
celebrent pro Monasteriorum obligationibus,
quas si Monasteria non habuerint eas pro inten-
tione R. Adm. P. N. Prouincialis celebrent. Si ve-
ro Conuentus tot obligationes habuerint vnam
ad minus qualibet septimana Missam dicant pro
intentione R. Adm. P. N. Prouincialis, ex his quæ
personaliter ad eos pertinent, quam Missam ex
nunc pro tunc in foro conscientie insolidum ap-
plicamus. Vt tamen harum Missarum ratiocinia
expeditè fiant omnisque confusio vitetur notum
fit PP. Vicarijs, Confessoribus, Parrochis, & Pro-
curatoribus Monialium, quod a die in quo præ-
sentantur in suis Conuentibus omnes prædictæ
Missæ in ratiocinijs scribantur, vnde tantum te-
nean.

*De Vica-
rijs, Cōfes-
soribus,
& Pro-
curatori-
bus Mo-
nialium.*

8
neantur (si forte infirmitate detenti in aliqua, vel aliquibus septimanis celebrare non potuerint) scribere R. Adm. P. N. Prouinciali, vel eius socio quot Missas omisserint ratione ægritudinis, vt in ratiocinijs non computentur sacrificia omissa.

*De non in
grediendo
Monaste
ria Mo
nialium.*

Item ordinamus, quod Confessores, & Procuratores Monialium earum non ingrediantur Monasteria, nisi vrgente causa administrandi Sacramenta, de licentia Vicarij illius Conuentus; quod si non sit Vicarius, duo ingrediantur simul, et si vnus tantum adsit associetur Priorisæ, vel Superiorisæ, sub pœnæ absolutionis a suis officijs: Et strictè præcipimus Priorisæ, vt accuratè inuigilet de clausura seruanda, itaut nullo prætextu ingressum cuiusvis personæ permittant; simulque iniungimus, vt quasilibet litteras Apostolicas obtentas siue obtinendas a quacumque persona cuiuscumque qualitatibus, aut sexus pro Monasteriorum ingressu R. Adm. P. N. Prouinciali mittant, declarantes ipsum esse Prælatum propriû præcisè, ad quem destinantur tales litteræ, vel licentiæ: Et similiter ordinamus, quod Confessores, & Procuratores Monialium, in opidis vbi Conuentum Fratrum habemus in omnibus sint Prioribus eorum subiecti, seu Præsidentibus, non secus, ac ceteri Religiosi, in talibus Conuentibus assignati. Etiam ordinamus, quod Vicarij, seu Confessores Monialium vulgari lingua transcribant; omnia

que

quæ ex his ordinationibus ad eas quomolibet expectant, & sorores eas legere teneantur quando leguntur ordinationes coram toto Conuentu.

Item ordinamus, quod institutiones, & assignationes, licetia, & depositions, quæ intra duos menses à die concessionis notificata non fuerint; ipso facto sint, nullæ solumque notificentur à Præsidente Conuentus, aut de eius licentia nisi cum frater in via illas receperit.

Item ordinamus, quod Magistri Novitiorum nec hebdomadam faciant, neque ad illam notentur; & quod locum obtineant immediatum, post huius Prouinciæ Præsentatos in domibus, quibus R.A.P.N. Prouinciali visum fuerit. Nullus autem fiat Nouitiorum Magister inconsulto R.A.P.N. Prouinciali, qui de Consilio Patrum cælo, & religione præstantium omnes Magistros Novitiorum approbet assumendos, & ex his quicumque tale officium laudabiliter iudicio R.A.P.N. Prouincialis exercuerint per octo annos continuos, maneat in perpetuum dispensati ab hebdomada facienda, & à matutinis, nisi in diebus festiuis.

Item ordinamus, vt sūma cura adhibeatur circa receptionem Nouitiorum ad habitum, & professionem; ne autem inepti, & minus habiles cum magno religionis dispendio admittantur; examen illorū fiat a tribus Patribus examinadoribus iux-

*De notifi-
catione
assigna-
tionum.*

*De Novi-
tiorū Ma-
gistris;*

*De recep-
tione No-
uitiorum
ad habi-
tum, &
professio-
nem.*

ta normam nostrarum constitutionum simul existentibus in praesentia Priorum, seu Praesidentium, Conuentuum; & quod in receptione Nouitiorum ad habitum, & professionem vota fratrum, per schedulas, vel fabas admittantur, & regulentur à Prælato cum assistentia duorum antiquorum Patrum in Capitulo assistentium, & in Conuentibus Monialium cū assistentia Vicarij, vel Cōfessoris, vbi non fuerit Vicarius, & schedulæ regulentur coram Priorissa, vel Subpriorissa, & in earum defectu coram duabus sororibus ex antiquioribus Conuentus.

De nō eligendis ad Prioratū lectores Theologiae aut Suppiores.

Item ordinamus, quod non possint Lectores Theologiae, vel Suppiores eligi in Priores Conuentuum vbi actualiter viuunt.

De depositarijs.

Item ordinamus, ne fiant Depositarij Conuentus nisi de assensu ipsius, in publico Capitulo, & quod ab officio nequeant absolui nisi de consilio Patrum: quod si contingat Priorem ex dictis aliquem assignare velle; teneatur prius R. A. P. N. Prouinciali manifestare assignandum officio depositarij fungi talis Conuentus.

De libro procurationis apud Priores non retinendo.

Itē ordinamus, & stricte mandamus Prioribus sub pœna absolutionis à suis officijs, quod librum procurationis apud se non retineant, nec propria manu aliquid in illo scribant, sed solum Conuentus Procurator; vel aliquis alter de mandato expresso Prioris deputatus ad hoc.

Item

Item ordinamus, quod cum accipere pecunias *De pecu-*
 sub pensione fœnoris, æquè; & magis grauet Con- *nij's sub pē-*
 uentus, quam census annuales: præcipimus in vir- *sione fœno-*
 tute Spiritus Sancti, sanctæ & obedientiæ, & sub pre- *ris non ac-*
 cepto formali, nec non sub pœna excommunica- *cipiendis.*
 tionis maioris latæ sententiæ, ipso facto incurren-
 da, vna hac pro trina Canonica monitione præmis-
 sa, quod nulla pecunia isto modo recipiatur, in Cō-
 uentibus, etsi aliter factum fuerit omnes reddi-
 tus ex acceptis causatos Priores, & Priorisæ ex
 proprijs soluant infallibiliter.

Item ordinamus, & Prioribus mādamus, quod *De Miss-*
 nulli Sacerdotes applicent plures Missas, intuitu *sis non ap-*
 alicuius officij, vel alia ex causa præter eas, quæ *plicandis.*
 ad ipsos pertinent, etsi aliter fiat; ex nunc pro tunc
 applicamus illas Conuentui iuxta votum pauper-
 tatis.

Item ordinamus, & strictissimè præcipimus *De non co-*
 omnibus Prioribus, vt inuiolabiliter studeant, a se, *medēdo ex*
 & suis subditis obseruari, quæ in nostris constitu- *vra Refe-*
 tionibus, & pluribus Capitulis Generalibus san- *ctorium.*
 ctissimè obseruanda mādatur, circa assistētia Fra-
 trū nostrorū ad commune Refectorium, vel Hof-
 pitium, cauentes, ne in cameris comedant, de quo
 in nostris constitutionibus, distinctione 1. cap. 7.
 text. 2. sic habetur: *Similiter, nec alij Fratres come-*
 dant, nisi in communi Refectorio, vel Hospitum do-
 mo, nec Priores, Prouinciales, nec Magistri in Theo-

logia, etiam actu legentes comedant in cameris, sed
in communi Refectorio, vel Hospitio, vel in domo
infirmorum, vel in domo debilium. Et in Capitulis
Generalibus Romæ 1553. Parisijs 1611. statu-
tum fuit, vt omnes, & Magistri caueant ne in cu-
bicularis, seu cameris comedāt, sed in communi Re-
fectorio irritantes quamlibet licentiam super hoc
indultam, aut concessam: Et in Capitulis Lugdu-
ni 1308. Cadurci 1319. Papiæ 1422. Colonia
1428. mandatum fuit Prioribus Cōuentualibus,
vt hoc faciant a suis subditis inuiolabiliter obser-
uari, quod si secus factum fuerit in pœnam a suis
officijs absoluantur; igitur obseruantia huius Re-
ligiosæ constitutionis consulentes, quoniam trans-
gressio illius maximè dedecet viros Religiosos,
austeritatem, & communem vitam profitentes,
& sæcularem potius redoleat commoditatem; id
circò Prioribus sub pœna in tot Capitulis Gene-
ralibus taxata iniungimus, vt omnino eam ob-
seruari procurent, præcipuè a Fratribus, qui vt à
domo exeant, & alijs communibus assistant nulla
sunt infirmitate detenti, & hoc obseruari faciant
absque vlla exceptione, cum nec Magistri actu le-
gentes sint ab hac monastica obseruantia liberi, &
obsecramus R. Adm. P. N. Prouincialem, vt ha-
bituales transgressores huius sanctæ constitutio-
nis tanquam contemptores illius seuerè puniat
omni posthabito respectu ad personas.

Item

Item ordinamus, iuxta decretum Reuerendissimi P. N. Generalis, vt singulis diebus post completorium Fratres, & Sorores recitent alta voce, & deuotè per choros alternando tertiam partem Rosarij B. Virginis Mariæ, secundum ordinem misteriorum sub pœna absolutionis, a suis officijs infallibiliter Prioribus, & Supprioribus infligenda.

Item ordinamus, quod Supprieores in sede vacante, vel in quacumque Priorum absentia non applicent sibi plures Missas, quam, quæ eis communiter conceduntur.

Item ordinamus, vt Fratres ad audiendas confessiones, & concionandum exponi non possint, nisi in studijs Generalibus, inter quæ Pampilonensem Vniuersitatem, & Conuentum Legionensem comprehendi volumus; & non approbentur, nisi adsit saltem vnus ex Theologiæ Lectoribus cum aliquo graduato huius Prouinciæ, vel ambo simul, & solum per triennium, quo expleto iterum examinentur.

Excipimus Lectores Artium, qui post institutionem examinantur; Lectoresque casuum conscientiarum, qui per quatuor annos completos tale officium exercuerunt, & eos qui per nouem annos, licentias, seu expositiones habuerint, quibus concedimus, vt post nouem annos decursos, quibus gauisi fuerint approbatione queant simpliciter ex

17
poni: Quod si quispiam in aliquo Conuentu examinatus reprobatus fuerit, nec examinetur, neque examinatus approbati queat: nisi transactis sex mensibus, quod si contrarium factum fuerit, totum irritum, & inane declaramus; & ut tutius consullatur conscientia, & ministerio predicto, examinatores certiores reddant Priorem Conuentus de reprobatione sui subditi, eorumque conscientias in diem Domini aggrabantes iniungimus, ut examen cum summa rectitudine peragant, & quod ad illud semel admissum approbare; vel reprobare teneantur. Declarantes in Capitulo Romano 1589. auctoritate Apostolica Sixti V. sancitum esse, quod nullus admittatur, ad secularium, vel Fratrum confessiones audiendas, nisi per quinque examinatores sufficiens iudicatus fuerit: Et Venetijs 1592. confirmatum fuit (et si necesse est) nouiter ordinamus, quod nullus possit secularium, vel etiam Fratrum confessiones audire, nisi prius fuerit a deputatis examinatores approbatus. Declaramus Fratres expositos ad audiendas confessiones secularium non posse Fratrum, vel Sororum confessiones audire nisi de speciali licentia Prælatorum Fratrum, vel Sororum, quorum, vel quarum confessiones sunt audiendae, ut habetur in nostris constitutionibus, distinctione 1. de Nouitijs, cap. 14. littera G.

Item

Item ordinamus, huius nostræ Prouinciæ Lecto-
 ribus, & Prædicatoribus, vt in maioribus Ec-
 clesiæ solemnitatibus; in omnibus festis Beatis-
 sime Virginis Mariæ; Sanctorum Apostolorum,
 Euangelistarum, quatuorque Ecclesiæ Docto-
 rum, & Sanctorum nostri ordinis, vtrisque vespe-
 ris Missæque Maiori, & Matutinis intersint in fal-
 sibiliter, & quod ab studijs non vacent quando præ-
 dictæ solemnitates in diebus proprijs non celebran-
 tur; exceptis festis Annuntiationis, & Sæcti Tho-
 mæ Aquinatis: & Prælati summopere invigilent
 in observantia huius ordinationis, sicut etiam in as-
 sistentia fratrum ad Completorium, Salve Regi-
 na; & tertiam partem Rosarij; nullum ab usum
 permittentes, neque dispensationem concedentes
 absque legitima causa; nec lectores artiũ qui cur-
 sum suæ lectionis perlegerunt dispensare possint
 Patres Priores ab assistentia chori post primum
 suæ vacaturæ annum completum, nisi de licentia
 R. A. P. N. Provincialis.

Bis in anno examinentur studentes.

Item ordinamus, & declaramus, quod in Con-
 uentibus vbi plures sunt Magistri, antiquior eorũ
 sit Regens, eo tamen a gymnasio absente Magis-
 ter, qui succedit, & sic successiuè alij, iuxta antiqui-
 tatem graduum, vbi tamen vnus tantum adest ip-
 so facto sit Regens, non obstante quacumque con-
 suetudine, seu potius corruptela in contrarium.

Item,

De Cathedra - Item ordinamus, quod Cathedralici Vniuersi-
draticis tatum, tam artium, quam Theologiae gaudeant
Vniuersi- privilegijs, quibus gaudere solent huius nostrae
ratum. Prouinciae Lectores.

De trans- Item ordinamus, & praecipimus quod Priori-
portatio. bus de bonis Conuentuum tantum soluatur pra-
ne honoru- tium transportationis ponderis hispanico sermo-
Prioris. ne de veinte arrobas, quod si quidquam aliud tri-
butum fuerit, superiores, & depositarij teneantur
etiam, in foro conscientiae soluere, & restituere
Conuentui.

De lectori- Item ordinamus, Prioribus sub poena suspen-
bus casuum sionis per quatuor menses, & lectoribus casuum
conscientiae sub poena absolutionis a suis officijs,
quod habeantur conclusiones, bis saltem in septi-
mana, & in Conuentibus qui non viuunt ex elec-
tiosynis omnibus diebus, quibus habetur conclusio
in domibus studiorum; & duret conclusio per di-
midium horae ad minus. Concedimus huiusmodi
Lectoribus, vt sint Patres a Consilijs; Lectores
mensae corrigant, & a choro dispensentur diebus
quibus conclusiones habentur; alijs autem a matu-
tinis solū, nisi in festis duplicibus, & supra, & quae
a populo seruantur ex voto; in reliquis autem obe-
dientijs, sicut alij fratres se gerant, hebdomadam
faciant, & in tabula ad eam notentur.

De ordina- Item, praecipimus, vt ordinationes factae in vl-
tionibus timis visitationibus Conuentuum obseruentur
fa. ad

ad vnguem sicut in ipsis continentur.

Tadem precipimus omnibus Supprioribus sub
pœna absolutionis a suis officijs, vt has nostras or-
dinationes quater in anno legere faciant in publi-
co Capitulo, vel Refectorio coram toto Con-
uentu.

INSTITVTIONES LECTORVM

ex casuum conscientia.

Instituimus in Lectorē de Zamora Fr. Bal-
thasar Esteuan ex Conuentu de Salamanca.

In Lect. De Medina de el Campo, Fr. Iacintū
de Gueuara, ex Conuentu de Victoria.

In Lect. de Astorga, Fr. Andræam de Alaua,
ex Conuentu de S. Thomas de Madrid.

In Lect. de Huete, Fr. Gasparū Viuas, ex Con-
uentu de Hita.

In Lect. De Tordesillas, Fr. Ioannem Duram,
ex Conuentu de Salamanca.

In Lect. De Riofeco, Fr. Ioseph de Vdobro, ex
eodem Conuentu.

In Lect. de Guadalaxara, Fr. Petrum Gonça-
lez, ex eodem Conuentu.

In Lect. De S. Sebastian Fr. Hieronimū Grez,
ex eodem Conuentu.

In Lect. De Yepes, Fr. Petrum de Villaseca, ex
eodem Conuentu.

81
In Lect. Theologiæ Moralis S. Thomæ Ma-
tritenfis Fr. Ioannem Ortiz, ex eod. conu.

In Lect. de Aranda Fr. Balthasar Quintana, ex
eod. conuent.

In Lect. de Ocaña Fr. Gasparū Fernandez, ex
Conuentu de Benauente.

In Lect. Matris Dei de Alcalá Fr. Gasparū de
Molina, ex eod. conuent.

In Lect. de Villafescusa Fr. Ioannem Garcia, ex
Conuentu de Tordefillas.

In Lect. de Caceres Fr. Didacum Molano, ex
eodem conuent.

In Lect. de la Coruña Fr. Petrum Filgueyra,
ex Conuentu de Lugo.

In Lect. de la Vera Fr. Iosephum de Lorca, ex
eod. conuent.

In Lect. de Talauera Fr. Bartholomæum Ra-
mos, ex eod. conuent.

In Lect. de Venauente Fr. Carolum de Casta-
ñeda, ex Conuentu de Piedrahita.

In Lect. de Hita Fr. Franciscum Brabo, ex Cō-
uentu de Huete.

In Lect. de la Peña de Francia Fr. Dominicūm
Peñasco, ex eod. conuent.

In Lect. de Soría Fr. Emanuel de Hijosa, ex
Conuentu de Valladolid.

INSTITVTIONES VICARIORVM.

In Vicarium Regni Galleciæ; cum omnibus gratijs, & priuilegijs in nostris constitutionibus cōcessis instituimus, R. Adm. P. Fr. Ioannem Correa Magistrum.

In Vicarium S. Petri de la Tarze, Fr. Domini. cūm Perez, ex Conuentū de Toledo.

In Vicarium S. Raymundi de Potes sub titulo Prioris Fr. Ludouicum de Torres, ex eodem Conuentu.

In Vicarium S. Ildephonsi de Camino sub titulo Prioris Fr. Iosephum Diaz, ex eodem Conuentu.

In Vicarium Incarnationis de Bilbao sub titulo Prioris Fr. Petrum de Salazar Præsentatum, ex eodem Conuentu.

In Vicariū de las Caldas sub titulo Prioris Fr. Ioannem de Malfaz, ex eodem Conuentu.

In Conuentu de Aldeanueua Fr. Didacum Camargo, ex eodem Conuentu.

In Vicarium de Belbis Fr. Ioannem de Gueuara, ex eodem Conuentu.

In Vicarium de Bexar Fr. Christophorum de Ayala, ex Conuentu S. Catherinz de Madrid.

In Vicarium de Orellana Fr. Ioannem de S. Domingo, ex eod. Conuentu.

In Vicarium de Cangas de Tineo Fr. Blasum

de Herrero Praesentatum, ex Conuentu de Valladolid.

In Vicarium de Olmedo Fr. Ioannem Pereyra, ex Conuentu del Rosario de Madrid.

INSTITVTIONES SVPPRIORVM.

¶ Instituiamus in Suppriorem de Segouia Fr. Didacum de Ortega, ex eodem Conuentu.

In Suppriorem de Palencia Fr. Franciscum Martinez, ex eodem conuentu.

In Suppriorem de Zamora Fr. Lucá Gomez, ex eodem Conuentu.

In Suppriorem de Santiago Fr. Ioannem Salgado, ex eod. Conuentu.

In Suppriorem de Toledo Fr. Ioannem Prior, ex eodem Conuentu.

In Suppriorem de Burgos Fr. Bartholomaú de Gaona, ex eodem Conuentu.

In Suppriorem de Pamplona Fr. Martinum de las Heras, ex eodem Conuentu.

In Suppriorem de Leon Fr. Gregorium de la Fuente, post electionem Prioris factam, ex Conuentu de S. Sebastian.

In Suppriorem de Ciudad-Rodrigo Fr. Ioannem Ojaluo, ex eodem Conuentu.

In Suppriorem de Estella F. Apollinarium de la Torre, ex eodem Conuentu.

In Suppriorem de Venauente Fr. Franciscum
Nicolas, ex eodem Conuentu.

In Suppriorem de Victoria Fr. Ioannem de
Alegria, ex Conuentu de S. Thomas de Madrid.

In Suppriorem de Toro Fr. Thomam Ra-
mos, ex eod. Conuentu.

In Suppriorem de Peñafiel Fr. Michaellem de
Ortega, ex eod. Conuentu.

In Suppriorem de Medina Fr. Hiacinthum
Gonçalez, ex eod. Conuentu.

In Suppriorem de Villalon Fr. Franciscum de
Villalobos, ex Conuentu de Victoria.

In Suppriorem de Valencia de D. Iuan, Fr.
Matthæum de Valdès, ex eod. Conu.

In Suppriorem de Tordefillas Fr. Blasium de
Villa, ex eodem Conuentu.

In Suppriorem de Roxas Fr. Dominicum Gõ-
çalez, ex eod. Conuentu.

In Suppriorem de Palacios Fr. Antonium de
Escalante, ex eodem Conuentu.

In Suppriorem de Ribadavia Fr. Petrum de
Hermosa, ex eod. Conuentu.

In Suppriorem de la Coruña Fr. Ludouicum
de Paz, ex eod. Conu.

In Suppriorem de S. Marta F. Martinum Ve-
lez, ex eod. Conuentu.

In Suppriorem de Tuy Fr. Franciscum de Me-
dina, ex eod. Conuent.

In Suppriorem de Pontebédra Fr. Petrum Suárez, ex eod. Conuentu.

In Suppriorem de Piedrahita Fr. Ildephosum Martinez, ex eod. conu.

In Suppriorem de Viuero Fr. Ioannem Quixana, ex eod. conu.

In Suppriorem de Nieua Fr. Thomam de Melgar, ex eod. conu.

In Suppriorem de Mayorga Fr. Raymundum Alcañiz, ex Conuentu de Pamplona.

In Suppriorem de Logroño Fr. Didacum de Apellaniz, ex eod. conu.

In Suppriorem de la Peña de Francia Fr. Franciscum Mangas, ex eod. conu.

In Suppriorem de Truxillo Fr. Iosephum de los Reyes, ex eod. conu.

In Suppriorem de Cisneros Fr. Ildephonsum Molina, ex eod. conu.

In Suppriorem de Astorga Fr. Ioannem Romero, ex conu. de Cifuentes.

In Supprie de Auila Fr. Augustinum Garcia, ex eod. conu.

In Suppriorem de Saelices Fr. Iosephum Gimenez, ex eod. conu.

In Suppriorem de Villada Fr. Ioannem de Buf tamante, ex eod. conu.

In Suppriorem de la Vera Fr. Alexandrum de Valbuena, ex eod. conu.

In Suppriorem de Carboneras Fr. Ioannem
Thomas, ex Conuentu de Ocaña.

In Suppriorem de Tudela Fr. Andream Al-
phonso, ex Conuentu de Sanguesa.

In Suppriorem de Mombeltran Fr. Ioannem
de Periañez, ex eod. conuent.

In Suppriorem de Trianos Fr. Iosephum Pe-
rez, ex eod. conuent.

In Suppriorem de Ouiedo Fr. Ioannem Ro-
driguez, ex conuentu de Villada.

In Suppriorem de Talauera Fr. Ferdinandum
Garcia, ex eod. conuentu.

In Suppriorem de Caceres F. Andream Pe-
rez, ex conuentu de Medina.

In Suppriorem de Atocha Fr. Franciscum Iz-
quierdo, ex eod. conuent.

In Suppriorem de Cuenca Fr. Gabrielem de
Moya, ex eod. conuent.

In Suppriorem de Galisteo Fr. Stephanum de
Peramato, ex eod. conuent.

In Suppriorem de Carrion Fr. Thomam Ar-
mesto, ex eod. conuent.

In Suppriorem de Hita Fr. Lucam del Con-
gosto, ex conuentu de Tordesillas.

In Suppriorem de S. Sebastian Fr. Ioannem de
Angulo, ex eod. conuent.

In Suppriorem de Villafusa Fr. Didacum
Lopez, ex eod. conuent.

In Suppriorē de Arānda, Fr. Dominicū de
Arellano, ex eodem conu.

In Suppriorē de las Nauas, Fr. Antonium
Montero, ex Conuentu de Salamanca.

In Suppriorē de Alcalā, Fr. Franciscum Be-
nitez, ex eodem conu.

In Suppriorē de Betanzos Fr. Dominicum
Sanchez, ex eodem conu.

In Suppriorē de Soria, Fr. Antonium de S.
Martin, ex eodem conu.

In Suppriorē de Villalpando, Fr. Martinum
Rodrigo, ex eodem conu.

In Suppriorē de Monforte Fr. Thomam de
Ocampo, ex eodem conu.

In Suppriorē de S. Saturnino, Fr. Ioanem de
Leiz, ex eodem conu.

In Suppriorē de Merida, Fr. Franciscum Ro-
driguez, ex eodem conu.

In Suppriorē de Tauara, Fr. Iulianum de la
Vega, ex eodem conu.

In Suppriorē de S. Thomas de Madrid, Fr.
Petrum Inza, ex eodem conu.

In Suppriorē de Azpetia, Fr. Didacū Guz-
man, ex eodem conu.

In Suppriorē de Santillana, Fr. Michaelē
de Bollar, ex Conuentu de Vitoria.

In Suppriorē de Madrilejos, Fr. Domini-
cum Fernandez, ex Conuentu de la Vera.

In Suppriorem de Valverde, Fr. Mathiam de Ballesteros, ex Conuentu de Guadalaxara.

In Suppriorem de Zifuentes, Fr. Petrum de Castro, ex eodem conu.

In Suppriorem de el Rosario de Madrid, Frat. Dominicum Perez, ex eodem conu.

CONFESSORES, PARROCHI, ET PROCURATORES MONIALIUM.

¶ In Conuentu S. Dominici Regalis Matritensis instituiimus, in confessores, Fr. Hieronimum Lopez, Fr. Martinum de Cabrera, Fr. Martinum Larios, Fr. Dominicū de Estrada, in Procuratorem Fr. Ioannem de las Cuebas, omnes ex eod. Conuentu.

In Conuētū Matris Dei de Toledo in cōfessorem, Fr. Didacum Polanco, ex Conuentu S. Spiritus de Toro in Procuratorem Fr. Didacū Garcia, ex eodem conu.

In Conuentu S. Dominici Regalis Toletani, in confessores, Fr. Antonium de Ambux, Fr. Gasparū Calderō, præsentatū, in Procuratorem, Fr. Ioannem Seco, omnes ex eodem conu.

In Conuentu S. Catherinæ de Madrid in cōfessorem, Fr. Didacum de Valdès, ex Conuentu de Ouiedo, in Procuratorem, Fr. Didacum Sáchez, ex eodem conu.

In Conuentu Iesus Mariæ de Toledo prouideat R.P. Prior Toletanus pro tempore.

In Conuentu S. Dominici de Caleruega in confesso-rem, Fr. Antonium de Quintana, in Parrochum Fr. Franciscum de Carauajal, ex eodem conu. in Procuratorem, Fr. Christoforum de Roxas, ex eodem conu.

In Conuentu, S. Spiritus de Toro, in confesso-rem, Fr. Antonium de Palacios, ex conuentu de Olmedo, in Procuratorem, Fr. Ildefonsum Rodriguez; ex eod. conu.

In conuētū de Aldeanueua in Vicarium, Fr. Didacum Camargo, in cōfesso-rem Fr. Christoforum Vazan, in Parrochum, Fr. Didacum Lozano in Procuratorem Fr. Franciscum Gomez, omnes ex eod. conu.

In conuentu Pietatis de Palencia, in confesso-rem, & Procuratorem, Fr. Franciscum de Sotomayor Præsentatum, ex eodem conu.

In Conuentu S. Mariæ de Mazote in confesso-rem Fr. Augustinum de Vozmediano Prædicatorem generalem, ex eod. conu. in Procuratorem Fr. Augustinum Serrano. ex Conuentu de Pontebdra.

In Conuentu de la Pœnitentia de Valladolid in confesso-rem, & Procuratorem Fr. Augustinum Goçalez Prædicatorem generalem, ex Conuentu de Valladolid.

In Cōuentū Matris Dei de Valladolid in
Procuratorē Fr. Petrum Miguel, ex eod. conu.

In Cōuetu de la Casa de la Reyna in Confes-
sorem Fr. Ioseph de Villaua in Procuratorem fr.
Ioseph Perez, ex eod. conuentu.

In Conuentu de la Real de Medina in Confes-
sorem fr. Thomam Ramos, Præsentatum in Pro-
curatorem fr. Ioseph de los Rios, ex eod. conu.

In Conuentu de las Dueñas de Zamora in cō-
fessorem, & procuratorem Fr. Ludouicum de Re-
uilla, ex eod. conuent.

In Conuentu S. Dominici de Segouia Fr. Pe-
trum de Sarria, ex conuentu de Victoria.

In Conuentu de S. Sebastían el Antiguo in
Confessorem Fr. Ioseph de Ibarra, ex eod. conu.

In Conuentu de Villamayor in confessorem,
& procuratorem Fr. Stephanum Garcia, ex eo-
dem conuentu.

In Conuentu de Belmonte in confessorem Fr.
Ioannem de Cabrera ex conuentu de Ocaña, in
Procuratorem Fr. Carolum de Herrera, ex con-
uentu de Zamora.

In Conuentu de Ocaña in Procuratorem Fr.
Gabrielem Martinez, ex eod. conuent.

In Conuentu S. Spiritus de Benaunte in Pro-
curatorem Fr. Simon Suarez, ex eod. conuent.

In Conuentu S. Catherinæ de Alcalà in Procu-
ratorē Fr. Ioannem Ordóñez, ex conuentu de

Peñafiel,

In Conuentu incarnationis de Bilbao in Procuratorem Fr. Blasium Fernandez, ex conuentu de Tordeillas.

In Conuentu de Cangas de Tinco in Vicariū Fr. Blasium Herrero Prædicatorem Generalem, ex conuentu de Valladolid, in Procuratorem Fr. Antonium Meras, ex eod. conuent.

In Conuentu de la Noua de Lugo in confessorum Fr. Hiacinthum de Noua, ex Conuentu de Lugo.

In Conuentu de Valdeflores de Viuero in Cōfessorem Fr. Hiacinthum de S. Domingo, ex eodē Conuentu.

In Conuentu de Belbis de Santiago in Confessorem F. Hiacinthum de Aream, ex eod. conu.

In Conuentu de Lerma in Procuratorem Fr. Hieronymum Crespo, ex eod. conuent.

In Conuentu Incarnationis de Plasencia, provideat R. P. Prior Placētinus pro tēpore.

Et in Conuentibus de Quixana, Hermua, & Lequitio R. P. Prior de Victoria.

Omnibus Fratribus hic nominatis in Supplices, Vicarios, Confessores, Parrochos, & Procuratores Monialium, atque Lectores casuum conscientiz, & in alia quzcumque officia: Præcipimus, quod intra mensem a notitia præsentium, se præsentent Conuentibus, & Monasterijs, quibus designantur, vt sua exequantur officia. Vica-

rijs autem, Confessoribus, Parrochis, & Procura-
toribus Monialium; nunc in eisdem Conuentibus
commorantibus, mandamus, vt inde nō recedant
vsque dum eorum successores præsentes fuerint,
& tunc ad Conuentus, in quibus sunt assignati re-
uertantur.

NOMINA FRATRVM DEFVNCTO-
rum, qui à præcedenti congregatione
obierunt.

In Conuentu S. Crucis Regalis Segouiensis
Fr. Franciscus de Acebes Acolit. frat. Franciscus
de Cabeçon Acolit.

In conuentu S. Dominici Zamorensis frat. Ro-
sendus Garcia Præsentatus, & Prior conuentus.

In conuentu S. Dominici Compostellani frat.
Petrus Amado, Lector Artiū. R. P. F. Gregorius
de Otero Qualificator S. Inquisitionis, Primariæ
Cathedræ Vniuersitatis Moderator, ac Prior cō-
uentus.

In conuentu S. Petri Martyris Regalis Tole-
tani R. Adm. P. Fr. Christophorus Gallego M.
& Prior conuentus octogenarius, Fr. Ioannes Fer-
nandez Sacerdos, & Pater Antiq. Fr. Didacus de
Morales M. Fr. Didacus a Iesu, Acolit. frat. Ga-
briel Serrano, Layc. Octog.

In conuentu S. Pauli Burgensis R. Adm. P. F.

Ioan.

Ioannes Gallo M. & Prædicator Regius, Septuag.
frat. Franciscus de la Sota, Sac. & P. A.

In conuentu S. Stephani Salmanticensis frat.
Thomas de Herrera, Præsentatus Octog. frat.
Franciscus de Silua M. Sac. & P. A. frat. Michael
Diaz, Sac. & P. A. Septuag. frat. Laurentius Prie-
to, Layc. Octog. cum opinione virtutis.

